bium unum quod movet philosophus in textu de
augmentatione, id quod advenit puta
cibus augetur vel id cui advenit puta
corpus vel medium vel utrumque. Pro
resolutione dubii premittit [illegible]
tres conditiones augmentationis. Prima quod id
quod augetur quelibet pars augetur. Et id
quod diminuitur quelibet pars diminuitur. 2a conditio
est quod augmentatio fit adveniente aliquo
extrinseco. 3a est quod id quod augetur maneat
in uno [illegible] et ante. Sed quia [illegible] conditiones
observantur quod id quod advenit sit corporeum
vel incorporeum. Non incorporeum quia
tale non augetur. Neque corporeum quia
sic esset penetratio dimensionum. Et
propter hanc rationem dicunt sic arguentes
augmentationem fieri per rarefactionem. Sicut
cum ex aqua fit aer est augmentatio
et cum ex aere fit aqua est diminutio. Sed
Contra hoc arguit philosophus quia cum ex
aqua fit aer si ibi esset augmentatio
vel aqua augetur vel aer vel
aliquid commune amborum. Non aqua quia corrumpitur
nec aer quia incipit [illegible]. Non augmentatio
requirit intensionem, neque aliquid commune
amborum quia [illegible] id quod augetur manet
in [illegible] augmentationis et post secundum [illegible]
et rationem. Cum ergo forma sit [illegible]. Et
cum ex aqua fit aer [illegible] forma [illegible]
quod non est aliquid commune ibi manens in
secundum [illegible] et rationem. Ergo dico quod
augmentatio fiet adveniente aliquo
extrinseco corporeo quod est primo divisibile
et efficitur [illegible] per alterationem et conversionem
in substantiam illius cui advenit. Nec est

9o

quia penetracio dimensionum quod eidem cui ad-
venit excessit in alio loco. Unde illud
quod cum quantitate in subiecto cui advenit
Secundo probat philosophus quod nisi fieret verum ca-
pud ipse existeret et non esset augmentum
sed generatio. Ex quo patet solucio dubii. Sed illud
cui advenit id est intinctum est aliud quod
augetur. Quia quod eidem quod augetur manet
ne eius ante et post sed sic est de eo cui ad-
venit intinctum et non de intincto. Ergo
Item sicut est in alteracione sic est in
augmentacione. Sed in alteratione id quod
manet verum et ipsum dicitur alterari
scilicet subiectum et non qualitas adveniens. Ergo
similiter in augmentacione corpus vel mem-
brum quod manet verum et ipsum dicitur augeri
et non intinctum. Unde pro conclusione
cum sit verum primum augmentans et
alterans non augmentatur neque altera-
tur. Sed alteratur et ipsum corpus vel membrum
quod habet in se virtutem augmentativam et
alterativam aliquam in sua natura. Sed alimentum
vel intinctum non auget effective
sed augetur in quantum est materia augmentati-
onis. Circa octavum arguunt pro [illegible]

Utrum tres condiciones augmentacionis
sint sufficienter assignate. In quarum
prima dicitur quod quelibet pars eius quod augetur que est pars
augetur et eius quod diminuitur quelibet pars
diminuitur. 2a quod augmentacio fit ad-
veniente aliquo extrinseco. 3a quod id quod
augetur et augmentatum et per manet idem
secundum speciem. Arguitur primo contra primam
quod si sit aqua per corpus infinitum et aliquis
sancte potuit augmentari non augmen-
tata infinita parte. 2o ad idem. Si ita
esset contra intinctum transmutari ad
singulas partes eius quod augetur et cum
tales partes infinite sint contra intinc-
tum in infinitum quod est impossibile. 3o arguitur
contra 3am partem eius quod augetur quoniam flu-
unt et refluunt. Ergo non manet idem numero.
4o arguitur contra 2am quod quedam animalia
vivunt et augentur sine adventu alicuius in-
tincti extrinseci sicut patet de multis avibus.
Item si adveniret extrinsecum vel esset
corporeum vel incorporeum. Si incorporeum
sequitur quod materia separabilis ab omni quantitate
corporali. Si vero esset incorporeum non esset
quantum in actu et ita per suam apposicionem
non faceret maius per suam quantitatem

Si vero sit corporeum sequitur quod duo corpora
essent in eodem loco scilicet corpus quod augetur et
corpus quod augetur hoc autem est impossibile. Ergo
Oppositum est philosophi in textu. Pro responsione
Sciendum est primo cum philosopho in isto
capitulo circa quod scilicet augmentacio differt
quod manifestat aliquas condiciones augmen-
tacionis quarum sunt sex scilicet 3 autem de quibus
est titulus presentis questionis et tres
alie. Quarum prima est quod id quod au-
getur non oportet ponere vacuum ut fiat aug-
mentacio. 2a quod augmentacio non fit ad-
veniente aliquo incorporeo. 3a quod in aug-
mentacione non est penetracio dimensionum.
Et 3 que ante declarate reliquas [illegible]
3 condiciones negativas manifestas.
Sciendum est 2o quod in viventibus corpora
dissimilia per se augentur cum partes simi-
les augentur sic magis quam corpora ex ca-
ne ossa nervo vel musculo [illegible] augetur
cum quelibet eius pars augetur. Pro quo sciendum
est 3o quod quedam sunt partes secundum formam
que dicuntur formales et quedam dicuntur
partes secundum materiam que dicuntur materiales. Unde
eius partes dicuntur secundum speciem vel formam et secundum
materiam sicut caro vel os. Sed dicitur secundum
speciem vel materiam caro et caro. Nam
caro dicitur pars formalis secundum speciem sicut
in ea queritur id quod pertinet ad speciem carnis.
Sed dicitur secundum materiam sicut queritur in ea id
quod est materia. Unde dicit philosophus quod sicut capitur
pars secundum speciem eius quod augetur quelibet pars augetur.
Cum quelibet pars secundum speciem quodlibet addit
aliquid tamquam forma. Sed partes
materiales non augentur quia pars quantitatis secundum
materiam non manet sed solum secundum formam.
Unde dicit [illegible] philosophus forma [illegible]
species comparatur ad materiam sicut continens ad
contentum et mensura ad mensuratum. Oportet
ergo intelligere [illegible] secundum speciem et materiam
sicut de mensurante et mensurato sive de
continente et contento. Si quis enim mensurat
aquam cum mensura ita quod sit semper [illegible]
et alia aqua puta si ex vase pleno
guttatim aqua effluat et guttatim
infundatur alia [illegible] ibi est consideranda
mensura aque non [illegible] quantum
ad materiam eius. Et sic oportet intelligere
quod species et forma carnis in vivente semper
manet eadem tamquam mensura quedam
non tamen materia eius [illegible] in qua
forma et species carnis suscipitur. Et sic
est de flumine quod semper manet idem quantum

Ad primum similiter quoniam mixta aqua post
alia et alia similiter est etiam de igne in
fornace sicut apparet de ipso in fornace
continue qui semper manet idem secundum speciem quamvis
partes continue ex quibus constituitur
quedam moriuntur et alie succedant
Sic ergo semper manet in vivente aliquid
quod prius ad speciem carnis vel alterius
partis licet materia in qua talis species ubi
fuit fundata paulatim consumatur per actionem
caloris naturalis et alia de novo adveniat
Sic ergo cum aliquod corpus augetur quelibet
pars formalis augetur Ultimo videndum
est utrum omnis augmentatio fiat adveniente
aliquo incorporante Nam licet propter hoc sequatur
duo corpora esse simul Nec etiam corpus quod augetur
est vacuum quia plures sunt id quod acquiritur
per augmentationem quia consumptum fuit per
calorem naturalem Et ita totum corpus
occupat maiorem locum quam prius Hiis premissis
sit prima conclusio Ad primam
augmentatio fit secundum partes formales
et non materiales patet quia quelibet pars materialis
non manet sed quedam deficiunt consumpte
et quedam adveniunt restitute partes autem
secundum speciem manent et in virtute forme
habent virtutem convertendi nutrimentum in
sui substantiam ergo conclusio vera. Ex quo sequitur
Alia conclusio Illius quod augetur quelibet
pars formalis augetur Et illius quod
diminuitur quelibet pars formalis diminuitur patet quia
pars formalis manet et habet virtutem con-
vertendi nutrimentum in sui naturam non
autem pars materialis ut dictum est. Hec conclusio
est [illegible] per [illegible] quod maxime
quod partes dissimiles partium augentur per hoc
quod partes similes partium augentur ut dictum
est prius quia [illegible] augetur non est ita mani-
festum quod quelibet eius pars augeatur sicut
cum magis augetur maxime est quod quelibet eius
pars augeatur. Et ita membra partes formales
quedam sunt manifeste [illegible] quia habent [illegible]
dimensiones extremitates apparentes sicut
sunt partes organice [illegible] alie sunt partes ac-
cidentales sicut caro que non habent [illegible] extremi-
tates adiacentes Alia conclusio Illud
quod augetur manet semper unum et idem secundum unum
[illegible] quia licet partes materiales continue fluant et
influant tamen partes formales semper manent eedem
secundum unum Alia conclusio augmentum

fit adveniente aliquo extrinseco corporeo patet
quia augmentatio fit secundum partes formales sed
per actionem virtutis naturalis que est in ipsis et ex-
tenditur secundum omnem dimensionem per actionem
virtutis naturalis Hec autem non potest fieri sine natura
[illegible] quod non est sine quantitate [illegible] per actionem
[illegible] in substantiam eorum ingrediendo ipsas
et eas extendendo Ista conclusio vera Ex hiis
patet responsio ad questionem quia 3e conclusiones
augmentationis sunt [illegible] patet per ea
que dicta sunt Sed circa predicta oriuntur
aliqua dubia Primum dubium
Utrum ad sufficientiam augmentationis sit sufficiens
ponere poros Respondetur quod ad augmentationem
fiet per transmutationem nutrimenti quod est
corporeum ad singulas partes viventis
[illegible] quod in vivente sunt pori ad dandum
nutrimentum attractum in substantias cuiuslibet
partis Aliud dubium utrum calor na-
turalis primo agat in humidum radicale Dicitur
primo ad dubium Et per humidum radicale
[illegible] omnes partes viventis quod deperditum re-
stauratur non potest per naturam sicut manus
[illegible] et per humidum [illegible] nutri-
mentum dispositum ad conversionem in substantiam
viventis ut est sanguis vel aliquid huiusmodi
Dicitur ergo ad dubium quod calor naturalis
[illegible] humidum [illegible] semper agit
in ipsum Et quando non invenit humidum [illegible]
agit in humidum radicale Aliud dubium
Utrum nutrimentum sit simile vel dissimile ei
quod nutritur Respondetur quod in principio est dissimile
sed in fine alterationis est simile quia sic con-
vertitur in substantiam membri Non tamen
adeo efficitur simile quin retineat naturam
eius a quo sumptum est sicut calidum vel [illegible]
ex lactuca est frigidum et frigidior
Et ideo humidum radicale per continuam
receptionem humidi extranei efficitur impurum
[illegible] tamen efficitur omnino impurum quod
corrumpitur sicut vinum per corruptionem vini
et continuam aque infusionem impurum efficitur
et tandem corrumpitur et amittit speciem
vini sic quod non potest aqua [illegible] in naturam
vini Aliud dubium Utrum [illegible] oriuntur
augmentatio et motus [illegible] Respondetur
quod oriuntur ex parte obiectorum formaliter dis-
tinctorum ut in libro De anima dicitur
est quod generatio attingit formam eductam
de materia que est subiectum generationis

et est ipse existens generatum. Sed in mutatione
et augmentatione intrinsecum accipit for-
mam non manens ipse secundum virtutem suam sub-
stantiam et modum. Aliud dubium
an augmentatio sit ad quantitatem in generali.
Respondetur quod sic quia motus mutatio est
ad finem [...] ipse et ex quo ad ulterius contra-
riorum est de genere. Aliud dubium
an motus intrinseci qui transmittitur ad
singulas partes viventis sit naturalis. Respon-
detur quod si consideretur forma intrinseci non est naturalis
sed si consideretur utrique actum quod est in intendendo
quae quidem actum quam movens secundum mentem
dicitur, possumus talis motus est naturalis.
Ad rationes. Dicendum oppositum ad primam dicitur
quod in quarto (?) intendenda est de partibus sanis
et bene dispositis. Ad secundam dicitur
quod sicut partes viventis sunt finite secundum
actum ita partes intrinseci non possunt dividi
in infinitum considerando formam naturalem, quamvis
considerando rationem quantitatis tamen sint
divisibiles in infinitum. Ad tertiam dicitur
quod partes formales manent et hoc sufficit
ut dictum est. Ad quartam dicitur quod sunt
animalia quae habent debilem calorem ita
quod per longum tempus calor de his corporibus potest
occupare acerum intrinsecum assumptionem
absque hoc quod firmat intrinsecum. Ultima
soluta est ex dictis.

Utrum augmentatio sit unus motus continuus.
Arguitur quod non quia augmentatio fit secundum singulas
partes viventis ergo augmentatio
non est unus motus sed plures secundum plura-
litatem eius quod augetur. Secundo sic. Si aug-
mentatio esset continua a principio augmenti
usque ad terminum sequeretur quod in aliquo instanti
per id tempus augeretur secundum aliquam quantitatem
puta perceptibilem vel [...] quia
in quacumque parte perceptibili illius temporis augebitur
secundum aliquam partem perceptibilem eius quantitatis.
Hoc videtur inconveniens ergo augmentatio
non est motus unus continuus. Oppositum
arguitur quod augmentatio est motus ab aliis
distinctus ergo est unus sed motus continuus
est ipsum continuum ergo augmentatio
est motus continuus. Pro responsione suppono
primo ex quarto physicorum [...] repe-
ritur [...] distantes inter quos fit

fit quaelibet continuus de nigro in album. Et
ita potest de motu quod augmentatio vel
diminutio incipiat. Suppono secundo
ex quinto physicorum. Ad unitatem motus
requiritur unitas mobilis ipsius
unitas formae secundum quam est motus et quae
in specie specialissima et unitas temporis sup-
positis sunt. Conclusio responsalis
ad quaestionem. Quamvis augmentatio alicuius
viventis sit continua per aliquod tempus tamen
contingit augmentationem non esse continuam a
principio augmenti usque ad terminum completum
nisi forte accipiatur augmentatio pro
dispositione ad augmentum. Prima pars patet
quia per aliquod tempus vivens potest habere ali-
mentum sibi conveniens magna habundantia
et habere virtutem per quam plus convertat
de alimento in substantiam suam quam sint
deperditum ergo per id tempus continue poterit
moveri. Secunda pars patet quia vivens non
semper habet alimentum quibus necessarium sibi
sed etiam habet virtutem fortem ad
convertendum plus de alimento quam sint
deperditum. Et tunc augmentatio non
est nisi in fine augmentationis in-
terrupta. Cum ergo alteratio sit perfectis-
sima sit quod augmentatio non sit sim-
pliciter continua cum praecedat alterationem
intrinseci quae non potest simul fieri cum aug-
mentatione. Sed si sit bona dispositio
in eo quod augetur a principio augmenti
usque ad finem est semper augmentatio
vel dispositio ad augmentum. Tamen sit
ergo in ipso vivente vel aliqua
dispositio non est ipsum agens nec dispositionem
sibi ad augmentum quamdiu sit indis-
posita. Sed dubitatur an vivens
quamdiu vivat nutriatur. Videtur quod non
quia nutrimentum fit per successionem nutrimenti
sed quaedam animalia per longum tempus
alimentum non suscipiunt ergo in illo
tempore non nutriuntur et vivunt. Similiter
item aliqua viventia aliquid esse
sunt a suis actibus ergo etc. et multa.
Ad dubium dicitur quod vivens quamdiu vivit
nutritur sed non augetur quamdiu vivit.
Prima pars patet quia vita consistit in calido
et humido et ita de vivente habent
calorem et humiditatem sicut in vivente calor
agit resolutionem et consumit humidum

radicale. Ergo si viventes deberent per-
manere in vita necesse est quod nutrimentum
recipiat et conuertat ipsum in sui naturam
ad restaurationem humidi radicalis. Sed vi-
ventes consumitur consumitur, ergo necesse est
quod viventes quandoque vivunt minus. Tertia
pars patet quia calor naturalis est instrumentum
anime subserviens sibi ad augmentationem
sed instrumentum non operatur nisi virtute principalis
agentis. Cum ergo anima que est principale agens
determinat certam quantitatem in materia, sequitur quod habita
illa determinata quantitate calor naturalis qui
est instrumentum anime cessat ab actu
augmentationis. Item in processu augmen-
tationis humidum radicale consumitur et
[illegible] calorem naturalem et per con-
sequens calor naturalis adeo fortis est quod
potest multum de humido extraneo convertere
in substantiam viventis. Et quod per contrarium
mixtorum et multorum [illegible] humidi ex-
tranei efficiatur impurius. Ideo calor
naturalis continue debilitatur sicut virtus vini
debilitatur per hoc quod aqua continue permiscetur
cum vino. Et ita calor naturalis
ad hoc devenire potest quod non potest plus con-
vertere de alimento quam deperditum sit.
Et tunc cessat augmentatio. Et cum
ad hoc debilitatur tunc venit ad
statum in quo tantum sufficit convertere de alimento
quam sit deperditum et tunc viventes [illegible].
Et demum adeo debilitatur quod non
sufficit convertere de alimento in substantiam
viventis et tunc necesse est viventes mori
quia non plus nutriuntur. Sic ergo patet quod
quandoque viventes vivunt nutriuntur sed non
augentur. Primo in processu temporis vitae sue
augentur et in fine vitae sue diminuuntur.
Ad dubium in oppositum [illegible] in illis [illegible]
[illegible] calor naturalis est debilis. Ideo
per longo tempore utitur alimento prius assumpto
digerendo et consumendo ipsum et convertendo
ipsum in naturam viventis. Ad rationem de
[illegible] mittitur in materia generationis
est pars [illegible] potentiis anime et ita est
magis naturalis. Ideo sicut potentie
naturales sunt habent suas operationes
naturales ita potentia nutritiva. **Aliud
dubium** movet philosophus in textu quare
sit [illegible] obiectum augmentationis
et nutritionis. Sed ad istud dubium patet solutio
in precedenti questione. Et etiam ex dictis

In 2o de anima. **Ad rationes** factas
ante [illegible] questionis. Ad primam dicitur quod
eo modo quo partes sunt in toto eo modo dicuntur
augeri partes autem sunt in toto diversimode secundum
potentiam et faciunt unum continuum secundum actum.
Ideo est etiam una augmentatio secundum actum
continua. **Ad secundam** patet solutio ex dictis
[illegible] quod sicut aliquid augetur per aliquod
tempus quod in qualibet parte eius temporis auge-
atur secundum aliquam partem eius quantitatis quia
in aliqua parte temporis disponitur tantum
ad augmentationem et non augmentatur.
Si tamen accipiatur pro aliquo tempore in quo
aliquid augetur actu in qualibet parte illius
temporis augetur secundum aliquam partem quantitatis
quia tempus et motus continuantur.

Utrum omne agens agat per contactum. **Arguitur**
quod non quia tangentia sunt quorum ultima
sunt simul. Modo aliqua agunt que non habent
ultima quia sunt substantie spirituales. Ergo etc.
Secundo arguitur. Celum agit in ista inferiora
et tamen non tangit ea quia omne tangens tangitur
in tangendo. Sed celum tangitur patitur. Constat
autem quod celum ab his inferioribus non patitur
cum sit incorruptibile. Ergo celum non agit in
hec inferiora per tactum. **Tertio arguitur** visibile
agit in visum et etiam magnes attrahit
ferrum quae tamen non tangunt. Et ita arguitur
de pluribus aliis. Ergo non omne agens agit
per contactum. Ad oppositum est philosophus in primo
[illegible] 3 tractatu huius primi libri. [illegible]
responsio. **Sciendum est primo** [illegible] quod
philosophus determinat de generatione et alteratione
et augmentatione qui sunt priores motus ad for-
mam [illegible] in 2o libro determinat de
generatione et corruptione elementorum et de na-
tura generatorum et corruptorum. Sed in fine huius primi
libri determinat de tactu actione et passione
et etiam de mixtione que omnia subserviunt dictis
in precedentibus et determinandis in 2o huius. Nam
secundum antiquos ponentes plura principia materialia
generatio et corruptio fiunt per congregationem et
segregationem que non possunt fieri sine mixtione
et mixtio sine actione et passione que non sunt
sine tactu. Similiter etiam secundum ponentes unum
principium materiale generatio et corruptio non possunt
fieri sine actione et passione. Unde et recte
dicit Diogenes: Si non esset unum principium
materiale non possent simul agere et pati

Nam caliditas non agit in frigiditatem nisi
transmutetur in ipsa. Si actio et passio est contra-
rietate quibus ambobus. Et ita secundum ponentes
plura principia et esse secundum ponentes unum principium
et corruptio fieri non potest sine actione et passione
et tactu. Item secundum antiquos et etiam veritate
alteratio precedit generationem et corruptionem. Alteratio
autem non potest esse sine actione et passione nec sine
tactu sicut ostendetur in isto libro de actione
passione et tactu. Et quia generatio et corruptio
non fiunt sine congregatione et segregatione
communiter generatio non sit congregatio neque corruptio
segregatio. Congregatio autem non est sine mixtione
et que non est sine actione et passione et
tactu sicut erit ad finem libri. In quo agitur
de generatione et corruptione permixtione consequenter de
mixtione. Et de illis quinque agendum est
in hoc libro. Et quia tactus communior est quam
actio et passio et actio et passio quam mixtio
ideo primo agendum est de tactu de quo
mota est prima questio, deinde de actione
et passione et ultimo de mixtione. Patet igitur
quare de hiis quinque agitur in ultimo tracta-
tu huius primi libri. Et quo ordine descendendo
sit de ipsis. **Sequitur** secundo. Et tactus
accipitur uno modo proprie, alio metaphorice.
Ad tactum autem proprie dictum tria requiruntur.
Primo quod sit in habentibus positionem et magni-
tudinem et per consequens in habentibus locum quia magni-
tudo a loco separari non potest. Secundo quod
ultima eorum habentium magnitudinem et positionem
simul sint. Tertium quod ipsa quorum ultima
simul sunt sint activa et passiva adinvicem.
Et huius ratio est quia ea proprie se tangunt
que habent diversas magnitudines et per consequens
diversa loca. Sed in diversis locis diversa sunt
ultima. Sed oportet quod ea que nata sunt se tangere
sint contraria. Et per consequens activa et passiva.
Sic ergo patet que sunt tangentia proprie dicta.
Sunt enim corpora habentia diversas magnitudines
quorum ultima sunt simul activa et passiva
adinvicem. Et ita tactus proprie dictus est
contactus habentium diversas magnitudines quorum
ultima sunt simul activorum et passivorum adinvicem.
Et sic patet quid sit tactus proprie dictus et
quot requirantur ad ipsum. Sed ad videndum
de tactu metaphorico quid sit et quomodo
et quot modis habeat fieri **Sequitur** ul-
terius. Et ut dicit philosophus movens et agens
in aliquo quod et in aliquo dicuntur quod non

In hoc quod sicut est aliquod movens immobile
ita est aliquod agens impassibile sicut celum.
Sed dicit quod agens semper accipiatur
oppositum ei quod est passivum proprie dictum. Unde
agens proprie dictum movens motum in motu locali quod
est primo quod est alteratio proprie dicta facta
per aliquam qualitatem passibilem. Sed movens dicitur
quod movens motum motu locali sive sit motus
localis sive alterationis quantitatis sive aug-
mentationis. Et quomodo patet quod movens extenditur
in plus quam agens. Nam omne agens in agendo
movet sed non omne movens in movendo
agit proprie sicut intelligentia movet celum
sed non agit in ipsum. Celum autem movet
hec inferiora et agit in ipsa communiter ab
eis non repatitur. Ex hiis patet quod duplex
reperitur tactus metaphoricus. Quidam
ex parte tangentis et tacti sicut ut cum
intelligentia nec mota nec passa movet
celum quod est motum sed non patitur. Et hunc
tactum deficiunt omnes conditiones tactus
proprie dicti. Intelligentie scilicet non habent magni-
tudinem nec ultima magnitudinis nec contrarietatem.
Aliquis est tactus metaphoricus ex parte
tangentis solum et non ex parte tacti. Et
hoc modo celum tangit hec inferiora movet
ea et agit in ipsa sed non patitur
ab ipsis. Et ita deficit tertia conditio tactus
proprie dicti. Si enim hec inferiora generabilia et corrup-
tibilia nata sunt se tangere tactu proprio.
Ex predictis patet que responsio ad
questionem. Et omne agens proprie dictum
agit per contactum passi immediate ab ipso
patet quod omne tale movens motum
quod est passio et ideo tale motum sit actionem
non potest esse sine subiecto. Et ergo quod agens
et patiens simul sunt per immediationem.
Alia quinque. Et movens movet per
contactum sive proprie sive metaphorice dictum
patet quod omne movens motum motu locali
ergo est simul cum ipso. Et iste due conclusiones
intendit sunt de agentibus et moventibus
proximis ut sepe dicebatur prima parte.
Ad rationes ante oppositum ad primam patet
quod intelligentia tangit celum tactu meta-
phorico ex parte moventis et mobilis.
Ad secundam dicendum est quod celum tangit hec
inferiora tactu proprie dicto ex parte istorum
inferiorum sed tamen metaphorico ex parte celi
quod non patitur ab ipsis. Ad tertiam
dicendum quod agunt et tangere

Et metaphorice ideo nichil concludit.

Utrum simile agat in sibi simile. Arguitur quod non quia quodlibet non agit in quodlibet neque quodlibet patitur a quolibet indifferenter ergo oportet agentem ad patiens esse aliqua similitudine. Et quia simile non resistit suo simili sed vero est bor resistit est actio actio ergo quanto aliquid est magis simile paciendi tanto magis agit in ipsum. Item magis calidum agit in minus calidum et forte agit in tepidum quam in valde calidum. Et magis lucidum agit in minus lucidum ergo simile agit in sibi simile. Oppositum arguitur quia omnis actio est secundum aliquam contrarietatem contraria autem sunt dissimilia ergo etc. Respondeo. Sciendum est primo et premittendum ad hoc de tactu quomodo agit de actione et passione. Et primo secundum opiniones antiquorum deinde secundum opiniones Aristotelis. De primo de agere et pati secundum opiniones antiquorum et agit de his quantum ad rationem actionis et passionis. Et de modo quantum ad modum agendi. Ubi sciendum secundo est quod quantum ad rationem actionis et passionis due fuerunt opiniones antiquorum. Quarum prima fuit plurium antiquorum dicentium quod solum simile agit in sibi simile neque patitur ab eo sed dissimile agit in dissimile et eorum ratio fuit quia duorum simplicium non est actio ratio quia unum in se actum quam alterum. Et ita secundum istos dissimilitudo est tota ratio actionis et passionis. Ideo dicunt quod si aliquid primo ignis paciatur ab aqua hoc non est nisi per quandam contrarietatem naturalem paucorum est contraria. Alia fuit opinio Democriti dicentis solum simile agere in sibi simile et pati a sibi simili. Et sic quoniam quodque alterat et contrarium agit sibi in eodem hoc non est inequalitate sine altera et dicit sed inequaliter ubi est aliquid in ipsis. Et ita secundum istam similitudo opinionem est tota ratio actionis et passionis. Et hic dicit actio quod iste due opiniones sunt sibi contrarie naturaliter quia per partem est verum et per partem falsum utrique nec debebant imponere ad totum solum concedunt partem. Unde quando duo homines sanant et calefiunt et utrumque actionis et passionis subiectum contrarii et duo laborantes sanare et alius infrigidari. Et generaliter in aliquibus actionis et passionis contrariorum

oportet ergo quod dicit simile agere in suum simile solum inspexit suum subiectum et materiam naturam cause est materia contraria. Ideo opinio qui posuit dissimile agere in suum dissimile solum inspexit et concedunt quam vel seu formas secundum quas fit actio et passio. Et ita opinionem hec non solum apprehendit formam aliquis sed apprehendit materiam. Hijs premissis pono. Prima conclusio. Omne simile alteri non agit in ipsum neque patitur ab eo. Probatur quia non esset assignare causam quare unum esset magis activum quam alterum. Ideo sic agerent in seipsum et moveret seipsum quod impossibile est agere in sibi ipsa. Ex qua sequitur quod nichil esset immobile nec incorruptibile. Et arguitur in iste omnibus simile quod si putet se concedat ad receptibile et omnem quod necessario. Et si dicatur quod res nostra aliquo quod intellectus agit in seipsum intelligendo seipsum et anima movendo seipsum et ita non est inconveniens aliquid agere in seipsum. Respondeo dicitur quod duplex est actio ut dicebatur 2o de anima. Quedam non est actio immanens et perficiens. Alia est transiens et corruptiva. Primo ut perficiens bene agit aliquid in seipsum secundum quod est quidam alterum a seipso. Sed actione corruptiva et physica de actibus non agit in seipsum. Secunda conclusio. Omne totaliter dissimile non agit in sibi dissimile. Patet quia albedo non patitur a linea neque etiam nisi sole per accidens inquantum accidit linee et nigra. Neque patitur ab albo et dulci in esse pressio. Ergo oportet activa et passiva esse in aliquo. 2o quecumque non sunt contraria neque ex contrariis non sunt nata fieri se ipsa ex tuis a natura sua hoc est corrumpere seipsa. Contraria autem nata sunt seipsa corrumpere et agere et pati adinvicem. Et ita quecumque sunt activa et passiva sunt contraria et ex contrariis. Sed contraria sunt in genere et differunt in specie. Ergo activa et passiva adinvicem debent et simili genere et dissimilia esse. Ista probat duplex inductio quia non corpus agit in corpus et patitur ab eo. Et sapor patitur a sapore et color a colore. Et ubi est omogeneum ab omogeneo ergo. Ex hijs conclusio 3a. 3a conclusio. Quod sola similitudo nec sola dissimilitudo non est tota ratio actionis et passionis sed utrumque concurrit. Ista activa et passiva debent

que in materia et celum in natura quod sic differt in
specie. Unde si aliqua duo non conveniunt in materia
unum tamen agit in reliquum sed non econverso
sicut celum agit in hec inferiora sed non econverso.
Et similiter intelligentia movet celum sed non movetur
ab eo. Unde duplex est movens. Quoddam
est movens metaphorice quod est finis
et tale est immobile. Aliud est movens pro-
ductum scilicet in genere cause efficientis. Et
tale est duplex. Quoddam est velle et primum. Et
tale non movetur ab eo quod movet. Aliud
est proximum et extremum quod communicat in materia
passive et tale motum autem patitur
ab eo quod movet. Unde si esset aliqua
forma naturalis separata puta forma ignis ut
calor nullo modo pateretur ab ea in quam ageret.
Ad rationem quod non communicat in materia cum pa-
tiente ~~[illegible]~~ cum omnibus et cetera
ratio post oppositum soluta sunt ex dictis
in questione. q [illegible]

Utrum omne agens in agendo repatiatur. Arguitur quod
non quia omne movens in movendo movetur
ergo non omne agens in agendo repatitur.
Consequentia patet. Primo quia finis movet et tamen in
movendo non movetur. Medicina etiam movet
effective et tamen non movetur. Similiter intelligentia
movet celum et tamen non movetur. Celum etiam agit
in hec inferiora et non patitur ab eis.
Et simpliciter movens primum et non movetur ab
eo ergo etc. 2o arguitur. Si ita esset sequeretur
quod a forma fortiori inequalis fieret actio quia
cum agens debet excedere suum passum
si repatitur agens a passo tunc a
forma fortiori inequalis fieret actio. 3o arguitur.
Si ita esset tunc agens et passum possent
semper agere ad equales distantias. Et per
quas cum sumere calidum posset agere in b [?]
per equales distantias et etiam posset pati
a minus calido in equali distantia. Ista
sequitur quod haberent equales virtutes quod
est impossibile. Quarto sic. Si ita esset sequeretur
quod agens numquam posset suum assimilare
passum. Patet quia quod si agens repa-
titur in virtute sua continue debilitatur
et per quas non posset facere suum passum
in tale virtute quale virtutis est ipsum
agens in principio actionis. Ultimo
si ita esset sequeretur quod contraria essent in eo-

dem quia patet quod si agens agit in pas-
sum per medium tunc omne agens plus agit
in propinquum quam in distans sequeretur quod ipsum
medium movetur motibus contrariis scilicet motu
agentis et motu patientis. Et ita simul
posset calefieri et infrigidari quod est impossibile.
Ad oppositum est Aristoteles primo 3o tractatu [?] ad [?]
huius tractatus. Quod responsione videndum primo
quod finis aliter movet quam efficiens. Consequenter
non movet immobiliter sed movet efficiens.
Et ipsum efficiens movet mobile vel passum
ad formam vel ad ubi. Et tale movens
est duplex. Quoddam est primum aliud proximum.
Primum adhuc est duplex quia quoddam est primum
simpliciter quod est immobile. Aliud est primum
in genere sicut celum est primum alterans
sed non est primum movens. Et tale movens
movendo movetur sed non movetur ab eo quod
movet quia non communicat in materia cum ea.
Sic ergo quod sicut est dare aliquod
movens immobile ita est dare aliquod
agens impassibile. Sed agens proximum
communicat in materia cum suo patiente et habet
contrarietatem cum eo et patitur ab ipso pa-
tiente. Ultimo supponitur differentia inter agens
et movens, inter agere et movere dicta
prout est prius dictum vel ista ultimo sup-
positum. Et agens in questione accipitur
pro agente proximo et non metaphorico
quod dicitur est finis. Similiter accipitur etiam pro agente
proximo naturali quod communicat in materia cum
passo. Et etiam accipitur agens non proprie
et proprie sed pro immediato et proximo ipsi
passo. Et etiam est sermo de actione
et passione productis quam habent sive vel
qualitates formas quia sunt dematerializate sicut
a natura ut etc. quia sic actus activorum
patientis resistere et cetera. Hiis premissis
sit conclusio responsiva ad questionem.
Omne agens physicum et naturale immediatum
et proximum patienti communicans in materia cum
ipso in agendo repatitur ab eo. Patet quia
quod agens et passum accepta productio
non communicant in materia et sunt sufficienter
proximata et sunt contraria quod nichil
agit nisi sit contrarium. Ergo sequitur quod sic
agens est in potentia ad aliquam formam
passivam quam non habet ita ipsum passum
est in potentia ad aliquam formam quam
habet ipsum agens et ita repatitur ab eo

unus. cu agens naturale est in potentia et in actu respectu diversorum ita quod quod est in actu calidus est potentia frigidus Et ita per formam quam habet in actu potest agere in aliud Sed inquantum est in potentia ad aliam formam patitur ab alio ita calidus agit in calidum inquantum calidus est potentia calidus et actu frigidus Sed patitur ab alio inquantum est potentia frigidum

Ad rationes ante oppositum Ad primam dicendum quod omnis est instrumentum coniunctum vel dicit agere imperfecto vel dicit agere non coniunctum in ma vel non approximato Et cuilibet illius non est necesse agens repati a paciente Ad 2am Negatur quod Et causa est quia tales actiones et passiones sunt sic oppo- site ut quod sunt a contrario activa sunt contrarie resistentie et eorum Et ideo quidem est aliquod agens secundum unam formam equale in virtute activa resistentia alterius et non ideo alterum per aliam formam potest quamvis quod in agendo respondit alterius unus cum dicit quod actio potest esse sive a propter a contrario inequalis habet dicit inequalis quando actualiter agentis ad resistentiam patientis et non ad acti- vitatem ipsius patientis quam habet potest per aliam formam Ad 3am Negatur quia tales sunt apparentes in solutione prime rationis Ad quintam dicendum quod ex aliquibus potest agere du- rante adhuc unico per formam sibi naturale Et tamen agens potest assimilare sibi patiens quam cum repatiatur ab eo sed non sic repatitur quod ipsum patiens prevaleat actioni agentis ymo quia debilitatis patientis et virtus agentis in agens ymo in se nec plus potest agere quam sibi patiens compleverit formam agentis quod est contra ipsi forte patientis Ad ultimam dicendum quod ex uno impetus vel movens quibus motibus ut puta calefaciendo et frigefaciendo potest in eadem in casu predicto quod in medio inter agens et patiens est aer ipsum calidum et frigidum sed non est ibi calefactio et frigefactio sed quia calefaciens non sed accipiens novam ac- quisitionem caloris sed est nova acquisitione aeris caloris quod nova passione dicitur una calidi in magis calidus modo non est propter quod aer acquirat sibi aere calidum et aere frigiditatem Sed ergo licet medium sibi recipiat duas formas contrarias tamen alterius formarum prevalet adversus aliam et ita secundum alteram tamen est in passio et secundum

precedentem remissio sed non sunt ibi contrarii motus etc.) q 15

Utrum actio et passio habeant fieri per poros ut dicit empedocles et per corpora indivisibilia ut et democritus Et primo quod habeant fieri per poros quia varia corpora faciliter trans- mutantur quam dura Sed hec non videntur esse nisi quia sunt porosa ergo actio fit per poros Secundo sic In actione contra actu agentis recipi in patiente sed non potest nisi recipe- retur in poris aliter duo corpora simul essent ergo actio habet fieri per poros 3o arguitur quod habet fieri per contactum corporum indivisibilium ut dicebat democritus quod videmus quod plures corporum tractus moventur quam totum ergo individuale potest transmutari et alterari quam divisibile Ad oppositum est aristoteles in littera quod ad contrariam partem In responsione videndum est. primo ex propria aristoteles declarat de actione et passione quantum ad rationes actionis et passionis quod declarat de ipsis quantum ad modum agendi et patiendi Et tamen recitat quasdam opiniones antiquorum quas reprobat ad mentem Et eas implicat dicendum veritatem declarat secundum in prima opinio empe- doclis actio et passio fit per poros per quos dicebat actum agentis ingredi patientes Et ideo dicebat sensationem fieri dicebat nos videre per corpora transparentia secundum per pros poros per quos ingrediuntur radii visuales et tangunt res visas Secunda fuit opinio democriti et leucippi quod una sermone determinaverunt de omni transmutatione dicentes corpora indivisibilia infinita figurata esse prima omnium rerum per quorum congregationem fit generatio et per segregationem fit corruptio et per transmutationem in situ et ordine fit alteratio Et ita dicunt actionem et passionem fieri per contactum istorum corporum indivisibilium Tertia fuit opinio melissi parmenidis tamen unum ens im- mobile et infinitum Et isti negaverunt actionem et passionem et generaliter omnes motus Et arguit Et tamen unum ens probabat sic quod distinctio entium non potest fieri nisi per vacuum sed vacuum ergo non sunt entia distincta Nec potest dici ut dicebat quod in aliquo unum quod sunt plura entia secundum potentiam divisionis quod divisio fieri non potest nisi per vacuum Et ita si aliquod

esset divisibile in pluribus partibus quam ... esset
vacuum secundum formam partem quam licet sit divisibile
Si vero dicatur quod secundum unam partem sit divisibile
et secundum aliam non, hoc est inconveniens. Et consequenter
arguebat illud totum esse immobile quia non
movetur ad plenum vel ad vacuum. Non
primo quia esset penetratio corporum. Nec secundum
quia vacuum non est. Et iste ponebat quod
esset infinitum quia non posset finiri nisi per
corpus extra ipsum. Et nisi ita oporteret ponere
vacuum quod non est ponendum. Unde quia melissus
concedit divisionem et motum non posse fieri
nisi per vacuum quod ab [illegible] inde est quod
nec [illegible] nec motum. Sed ista
opinio non [illegible] quia ... stat
ad formam [illegible] contra fuit opinio
platonis ponentis indivisibiles superficies
esse principia rerum sicut democritus posuit corpora
indivisibilia esse principia rerum. Dixit tamen
... quod democritus posuit corpora
indivisibilia principia et infinita figuris
Sed plato posuit superficies similiter figuratas
principia rerum et dicebat resolutionem
fieri ad superficies triangulares quas
dicebat indivisibiles. De comparatione autem
istarum opinionum dicit philosophus quod opinio de-
mocriti est magis rationabilis quam aliae opiniones.
Sit ergo summa conclusio. Contra positionem
democriti posita circa ... de actione et
passione est irrationabilis. Patet quia ad eam sequuntur
duo contradictoria scilicet indivisibilia esse alterabilia
et non esse alterabilia. Patet quia posuit atomos
sine vacuo. Et tamen indivisibile non sit
vacuum sed quod indivisibile non est alterabile.
Item indivisibile non potest suscipere qualitatem
activam et passivam, ergo non est alterabile.
Antecedens patet quia non potest suscipere accidens
nisi per transmutationem quae non fit nisi per
motum et successionem quae requirit corpus
divisibile. Secunda conclusio positio empedoclis est irratio-
nabilis. Patet quia si actio et passio fierent
per ingressum actus agentis in poros
patientis, ergo per agens diminuitur in eius
substantia et patiens non patitur secundum quamlibet
sui partem. Et ita in eo quod augetur
... non fieret augmentatio secundum ...
procedit ... Nec ... fieret diminutio
Nec ... augetur. Nec diminuitur
diminuitur. Patet ergo quod iste opiniones sunt irrationabiles.
Nunc videmus ergo quomodo fiat actio et passio.

posuit philosophus in textu quinquagesimo ... forma quod
patiens debet esse in potentia tale quale est agens in
actu et ita dicit quod agens et patiens debent esse
similia et contraria actu et potentia sibi similia. Secunda
conclusio: cum patiens debet esse ut secundum quamlibet
sui partem natum sit recipere actum agentis.
Tertia conclusio: cum patiens aliquod magis vel minus patitur
ab agente secundum quod est magis vel minus
dispositum ad recipiendum actum agentis.
Quarta conclusio: cum quaelibet pars ipsius patientis sit
... et debet in potentia divisibile non tamen
debet quod actu dividatur ... quod praesupponat
alterationem agentis ... ipsum totum indivisibile
sit alterandum. Quinta conclusio: cum agens
debet approximari ipsi patienti, potest
tamen in aliquo distans ab eo ... est
... proximum quod agit in ipsum
patiens totum. Ex istis conclusionibus
patet quomodo fiat actio et passio ... quia
non fit per contactum corporum indivisibilium neque
per ingressum actus agentis in patiens.
Ad rationes ad oppositum ad primam dicitur
cum corpora rara sint facilius transmutabilia
quia minus habent de materia ... minus resistunt
et non quia habent poros. Ad secundam dicitur
cum cum aliquod corpus agat in alterum
non est imaginandum quod aliqua accidentia vel
forma egrediatur ab agente et per motum
localem transferatur in patiens, sed in
virtute agentis naturalis ... ipsum pa-
tiens cum materia est in potentia naturali
ad formam agentis de potentia materiae patientis
educitur forma similis ... formae ipsius
agentis. Et hoc modo dicitur actus agentis
recipi in patiente. Ad tertiam dicitur cum quod
aliquod agens ... agit in patiens
quamvis ... transmittitur
... Sed negatur quod ...
hoc indivisibile transmutetur quia in corpore
[illegible] ... aliquod corpus totaliter
secundum actum

Utrum mixtio sit possibilis. Arguitur quod non, quia
vel ambo miscibilia manent vel corrum-
puntur vel unum manet et alterum
corrumpitur. Non primum quia tunc miscibilia
... Nec secundum quia mixtio
est aliquorum ... Nec tertium
quia in mixtione miscibilia debent ...
... Sed mixtio est possibilis.

vel fiet per diminutionem miscibilium vel sine diminutione
Non primum quia tunc non quecumque partes mixti essent
mixta eo quod ibi remanet aliqua pars non mixta
que non esset mixta Nec etiam quia non potest videri
quomodo possit fieri mixtio nisi per diminutionem 3o
Utrum sit necesse miscibilia esse adequata in virtu-
tibus et potentiis vel non Non primum quia tunc non
agerent inter se Si vero non sit adequata
tunc alterum corrumperet reliquum ergo etc. Quarto utrum
[?] possit agere ultra gradum suum ergo elementa
non possunt generare mixta quia habent formam perfecto-
rem formis elementorum et per consequens mixtio non
posset Ad quartum est philosophus in textu [?]
Capitulum de primo Et primo [?] in
textu de tactu actione et passione consequenter
debet de mixtione Circa quam quatuor debent
primo an mixtio sit possibilis 2o an fiat per
diminutionem miscibilium 3o debet quid sit
et qualia sint miscibilia Quarto dicit quod sit
mixtio [?] declarationem primi Dicit prima conclusio
Mixtio differt a generatione corruptione augmentatione
diminutione et alteratione patet quia ad generationem et
corruptionem concurrit materia et forma Ad augmen-
tationem et diminutionem nutrimentum et mixta
Et ad alterationem subiectum et forma accidentalis
Sed forma non miscetur cum [?] quia utraque manet
in propria natura [?] Nec est nutrimentum mis-
cibile mixto quia mixtum manet et nut-
rimentum corrumpitur Nec actus quiescunt
cum subiecto ut figura non miscetur cere quia
utraque manet in propria natura Miscibilia autem non
manent actu in mixto neque corrumpuntur ambo
neque alterum ergo mixtio differt ab omnibus aliis
2a conclusio Omnia non sunt miscibilia ad invicem
patet quia miscibilia non habent [?] ad mixtionem
et post Si anima a subiecto separari non potest
[illegible] Ergo patet quod non quodlibet est miscibile cum [?]
3a conclusio Miscibilia in mixto neque sunt penitus
corrupta neque penitus maneant Prima pars patet
quia miscibilia sunt separabilia a mixto ergo non
sunt penitus corrupta 2a pars patet quia si manerent
penitus non fieret ex ipsis aliquod unum Quarta conclusio
Miscibilia manent in mixto potentia et virtute
sub [?] mixti patet quia non manent simpliciter sub
actibus propriis neque corrumpuntur simpliciter ut dictum
est ergo oportet dicere quod maneant potentia et
virtute in mixto Et hoc magis declarabitur
in questione sequenti Ex istis conclusionibus patet quid
respondendum Conclusio responsa ad questionem
scilicet quod mixtio est possibilis patet quia ad mixtionem
requiritur quod miscibilia antequam misceantur sint
sub actibus propriis sub quibus non manent in mix-
tione completa sed virtute et potentia Hoc autem est
possibile ergo [?] primum declaravimus
Circa 2m punctum declarandum Sciendum est

Et antiqui non ponebant mixtionem fieri per trans-
mutationem miscibilium ad invicem ex quo alteratio
fieret una natura communis Sed ponebant mixtionem
fieri per divisionem per hoc scilicet quod unum minimum ponebatur
iuxta alterum Et hoc 3 quidam dicebant quod
mixtio fiebat per iuxtapositionem minimorum secundum [?]
Alii quod fiebat per iuxtapositionem secundum [?]
minorum sicut [?] miscentur cum granis
frumenti Alii vero dicebant quod fiebat mixtio per
iuxtapositionem minorum secundum qualitatem Sed contra hec ponit
3s conclusiones prima conclusio Mixtio
non fit per divisionem miscibilium in minima secundum speciem
et formam patet quia tunc minima manent sub actibus
propriis ergo non possunt facere unum per se Item quecumque
pars mixti est mixta sed non esset si mixtio
fieret [?] 2a conclusio Mixtio non fit per divisionem
in minima secundum sensum patet quia quod uni esset mixtum
puta non videnti acute alteri non esset mixtum
sed acute videnti et ita non esset mixtio simpliciter
3a conclusio Mixtio non fit per divisionem in minima
secundum quantitatem patet quia impossibile est quantitatem dividi
in minima eo quod est divisibilis in infinitum Ex quo
patet quod mixtio non fit per divisionem miscibilium
quamvis miscibilia debent esse divisibilia et per hoc
2m declaratum Circa 3m punctum sciendum est
est enim quedam sunt activa et passiva ad invicem
[?] scilicet que habent contrarietatem ad invicem et que communicant
in materia Alia vero non sunt ea que non habent
contrarietatem Sed eorum que patiuntur quedam sunt pas-
sibilia et divisibilia eo quod sunt humida Alia vero
cum difficultate patiuntur sicut sunt sicca et
dura Dicit ergo pro isto 3o puncto prima conclusio Illa que
non communicant in materia non sunt ad invicem miscibilia
patet quia non sunt activa et passiva ad invicem [?]
ars medicine non miscetur sanitati quia subiectum
sanitatis est corpus Ars vero medicine est in anima
subiective Alia conclusio Communicantia in materia habentia
contrarietatem ad invicem sunt miscibilia patet quia talia sunt
ad invicem activa et passiva ergo per eorum actionem et
passionem fit tandem 3m ex ipsis ergo etc. 3a
conclusio Activorum et passivorum ad invicem magnum cum
parvo non est miscibile patet quia in mixtione secundum minus
aliud debet manere sub actu [?] nisi si multum
apponatur cum parvo convertit aliud patiens in
suam naturam Et ita una gutta vini non
potest misceri cum mille amphoris aque Quarta
conclusio Activa et passiva ad invicem potentiis et vir-
tutibus adequata sic quod unum non sufficiat
corrumpere alterum nec ambo 3m sunt ad invicem
miscibilia patet quia in mixtione neutrum nec ambo
[?] debet manere ergo sic debent esse adequata
quod unum non sufficiat convertere alterum in suam naturam
nec ambo 3m Et si arguatur quod si sic sunt
adequata unum non potest agere in reliquum [?]
[?] sit a contrario manent inequalibus

